

Pratum Regis, mansus duos in Karmeniano, quos tenent Iohannes et Bonizo, medietatem sortis, quę est in Venzano, quam detinet Leo presbyter, mansum unum in Decera, qui rectus fuerat per Saxum massarium, Sanctam Mariam Novellam, eo videlicet ordine, ut tam presentes quam futuri sacerdotes, levitę, subdiaconi seu clerici ibidem Deo Sancti²⁾que Iohanni deservientes iam dictas terras canonicę iuste pertinentes per huius nostri precepti auctoritatem habeant, teneant firmiterque possideant canonice omnium hominum contradiccione remota. Precipientes itaque iubemus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes nullaque nostri regni magna parvaque persona pretaxatos canonicos de predictis rebus disinvestire, inquietare vel molestare pressumat²⁾ sine legali iudicio, sed liceat eos quiete et pacifice sub nostra defensione vivere, omnium hominum contradiccione remota. Si quis igitur nostri huius precepti paginam infringere teptaverit²⁾, sciat se compositurum auri optimi libras C medietatem kamere nostre et medietatem predictis canonicis. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria confirmantes³⁾, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Ottonis secundi imperatoris
(M) serenissimi augusti.

Adelbertus cancellarius ad vicem Petri episcopi et archikancellarii recognovit et subscripsit. (L. S.)

Data VIII kalendas Februarii⁴⁾, anno dominicę incarnationis DCCCCLXXXIII, imperii autem domni Ottonis secundi XVI, indictione XI. Actum circa Materiam civitatem feliciter.

Aus dem Original, dessen Wachssiegel nicht mehr erhalten ist, im Archiv des Domcapitels zu Florenz. 1) Chrismon fehlt. 2) Or. sic. 3) In meiner Abschrift stehen die drei Worte manu propria confirmantes über der Zeile und dazu die Bemerkung: im Or. nicht übergeschrieben. Ueber den Sinn dieser Bemerkung bin ich nun aber nicht mehr ganz sicher. Wahrscheinlich habe ich nur anmerken wollen, dass die drei Worte nicht übergeschrieben sind, sondern in der Zeile stehen, möglich wäre aber auch, dass ich sie gleich im Archiv aus der folgenden Urk. ergänzt und durch die angeführte Bemerkung auf ihr Fehlen in der unsrigen habe aufmerksam bleiben wollen. Die beiden Urkk. sind (s. oben S. 115) auf eiliger Rückreise am 15. Nov. copirt, während ich am 19. in Berlin sein musste: ich glaube zwar für die Genauigkeit der Abschriften im ganzen eintreten zu können, vermag mich aber bedauerlicherweise des Sinnes obiger Anmerkung nicht genau zu erinnern. 4) Im Or. auf Rasur: ursprünglich stand da Ianuarii. — Nicht bei Stumpf, ungedruckt.